dignus ihs hoc nomine aedificat locum ipsum qui eum accipit et construit eum
ut uere dignum faciat munere di et hereditatem diuina. sed quoniam ad dnm
et saluatorem nrm ea quae de iesu scribuntur referre consueuimus
fortassis etiam noster omnis hic populus dat aliquam portionem eo
dno ihu. et uelut locum quendam habitationi eius tribuit. sed ne iniu
riosum uideatur esse quod dicitur. Requiramus quomodo ei damus nos
serui habitationis locum. ego si possum bonus fieri dabo locum filio di
in me. et acceptum a me locum in anima mea dns ihs aedificat et facit
in eo muros inexpugnabiles et turres excelsas. ut aedificet in me mansi
onem si mererer dignam se et patre. et ita adornet animam meam
ut capacem eam suae sapientiae et totius scitatis efficiat. in tantum
ut etiam faciat dnm secum intrare et inter ea facere mansionem et ce
nare etiam apud talem animam cibos quos ipse donauerit quod ut con
sequi mereamur preparemus in nobis cor mundum in quo libenter
et grate dns ihs mundum cordis nri intrare dignetur hospitium
cui est gloria et imperium in saecula saeculorum amen.

EXPLICIT OMELIA UICESIMA QUARTA:

INCIPIT UICESIMA QUINTA DE CIUITATIBUS QUAE DATAE SUNT LEUITIS ET DE SORTIBUS EORUM:

Omnes filii israhel acceperunt sortes suas in terra, leuitis autem here
ditas solus sufficit dns; uerum quoniam accipiunt leuitae decimas et primi
tias de fructibus a filiis israhel per preceptum di. oportebat eos etiam
de terra ut ita dicam et de habitaculis decimas accipere. hoc est
enim ab omnibus decimas accepisse et ideo accedentes primi re
quierant de filiis leui ad eleazarum sacerdotem et ad iesum filium
naue et ad principes tribuum filiorum israhel in selom in terra cha
naan dixerunt. Dns praecepit in manu moysi dari nobis ciuitates

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0145